



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

146. Ut familia de adulterio distringatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut familia de adulterio distringatur.

*Ex eodem.*

Interpret. l. 4.  
Cod Theodof.  
cod. tit.

CXLVI. De adulterio uxorum maritis per tormenta familiæ utriusque, id est, suæ & uxoris, quærere permittitur; si tamen illo tempore quo admissum dicitur, hæc ipsa mancipia præsentia aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter & si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueritur. Similiter etiam familiæ utriusque pœna querendum est si maritus mortem uxori qualibet ratione paraverit.

Si ingenua seruo proprio se miscuerit.

*Ex eodem, cap. v i.*

Interpret. l.  
un. Cod.  
Theodof. De  
mulier. quæ se  
ser. pr. junx.

CXLVII. Si qua ingenua mulier seruo proprio se occultè miscuerit, capitaliter puniatur. Servus etiam qui in adulterio dominæ convictus fuerit, ignibus exuratur. Servis etiam hoc crimen accusare licet; & si probaverint, libertatem consequantur; & si non, puniantur. Hereditas mulieris vel filiis, si sunt ex maritis suscepti, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

Quando permittatur uxor occidi. *Pauli Sententiarum libro 11. cap. xxvii.*

Paulus lib. 2.  
Sent. tit. 27.

CXLVIII. Inventam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterium domi comprehendat.

De reo lenocinij. *Ex eodem.*

Paul. ibid;

CXLIX. Eum qui in adulterio deprehen-